Sub Actu Feria quinta post Dominicam Misericordia proxima Anno Domini 1649

Harbaszewskie Smurdy Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransen. personaliter Comparens Nobilis Zophia filia olim Georgii Smurdo Consors relicta olim Nobilis Joannis Harbaszewsky sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobilibus Petro Valentino Andreae Harbaszewskim filiis suis et ipsorum successoribus cum olim Nobili Joanne Harbaszewsky procreatis Bona sua omnia mobillia et immobillia in haereditate Smurdy consisten. se recognoscentem post parentem suum et alias quasvis personas modo quovis et iuris titulo concernen. ac acquisita. Cum areis hortis agris pratis campis sylvis borris rubetis aedificiis omnibus parvis et magnis ac subditis et eorum obedientia cunctisque substantia et suppellectili domestica cunctisque omnibus in genere et singulis in specie utilitatibus fructibus attinentiis et pertinentiis redditibus proventibus ex his bonis modo quovis provenien. necnon cum omni iure suo dominio proprietate propinquitate tituloque haereditario pura mera sincera et irrevocabili donatione perpetuo et in toto dedit donavit inscripsit et irrevocabiliter resignavit. Quibus eam ex nunc in intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per ministerium Regni Generalem et Nobiles duos quem et quos sibi facilius adire conducere potenit dat et admittit. Pacem quoque tuitionem evictionem omnimoda occasione promissorum ab omni impedimento quarumlibet personarum propinquarum et remotarum cuius sexus status et condition. existen. per et ultra processus iuris toties quoties opus et necesse fuerit cavet sub damnis tribus simpliciter tacendis et edicendis et coram officio Castren. Drohiciensi in primo Citationis termino peremptoria responsione ac satisfactione. Omnibus contrariis exceptionibus, allegation. dillation. cuiuspiam vera vel simplici infirmitatibus, motion. appellation. ac earum quibusvis prosequution. absque in universum cunctis iuris remediis et defensis legalibusque impedimentis eram concessibilibus se et suos successores dictos abscribendo et abrenunciando. Praesentemque inscriptionem ex his actis autentice acceptam ad acta Terrae propria districtus Mielnicen. in absentia sua transferre et inscribere consensit ac permisit. Nulla proscriptione tamen in praemissis [illegible]ante.

Harbaszewska inscriptio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransen. personaliter Comparens Nobilis Petrus filius olim Joannis Harbaszewsky nomine suo et Nobilium Valentini Andreae Harbaszewskiis fratrum suorum germanorum a quibus de rato et grato informationis plenissima cavet Sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobilis Zophia Harbaszewska genitrici sua adeo talitatem et usum fructum in omnibus in genere et singulis in specie bonis suis mobillibus et immobillibus in haereditate Smurdy consisten. utpote in areis hortis agris pratis campis sylvis aedificiis [illegible] subditis pecoribus pecudibus equis sibi recognoscentis et spectantis fratribus suis per eandem genitricem suam in modo perpetuae donationis usque ad extrema vitae illius tempora inscribit et assecurat. Post mortem vero ipsius bona eadem omnia mobillia et immobillia ubivis sita super [illegible]